

67 Rursum cum esset quæstio, an facultas prohibendi Norarii minus idoneis reperitis, ne in negotiis, & causis Ecclesiasticis, ac spiritualibus suum officium exerceant; Episcopis tributa Decreto Concilii cap. 10. sess. 22. etiam quoad negotia, & lites locorum priorum à laicis administratorum tributa intelligatur.

Item an eadem facultas extendatur ad contractus personarum Ecclesiasticarum, quæ de eorum patrimonialibus bonis faciuntur; præsertim itante consuetudine, quod casus huiusmodi eorum bonorum ratione ad forum Ecclesiasticum spectent.

Die 1. Decembris 1588. S. Congregatio Concilii primum censuit interligi tributam. Ad secundum extendi.

68 Adde quod ipsiusmet Concilii Tridentini duo fuerint Norarii unus laicus, & alter Clericus, ut patet: ex eorum subscriptionibus, quæ habentur in calce Concilii: & hic iunge, quod dixi supra n. 60.

NE CLERICI, VEL MONACHI.

Cap. Sententiam.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus prohibentur omnia illa ex quibus sequitur, vel sequi potest vita amissa, vel sanguinis effusio.
- 2 Clericus nec dicere, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quidquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, nec purgationi vulgari opem ferre.
- 3 Irregulares sunt testes, Iudices, Officiales, Assesores, Advocati, Medici, & Chirurgi consilium, vel auxilium, aut causam præbentes ad mortem, vel membri mutilationem: remissive.

SENTENTIA M. Continet plura dicta, & ideo non sumatur, nec dividitur, Joann. Andr. Sed generaliter secundum Abb. hoc intendit. Clericis prohibentur omnia illa, ex quibus sequitur, vel sequi potest vita amissa, vel sanguinis effusio. Vel specialius. Clericus nec dicere, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quidquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, nec purgationi vulgari opem præstare debet. Hoc dicit. Et habet quatuor dicta principalia, quæ per se patent.

In text. ibi. *Vindictam sanguinis.* Signatur contrarium in cap. 1. *infra de homicidio*, ubi refertur lex Exodi: *Si quis per invidiam occiderit proximum suum, & per invidiam, ab altari meo evellat eum ut moriatur.* Igitur Ecclesia exerceat vindictam sanguinis, cum lex illa sit redacta inter Constitutiones Canonicas. Solutio. Illud cap. Varios habet intellectus, & verbum moriatur multipliciter exponitur, ut ibi dixi à n. 1. *usq. in fin.* & in cap. *Cum non ab lumine*, à n. 36. *usq. ad n. 47. supra de iudic.* Item signatur contrarium in cap. *Delatori, supra quæst. ultim.* ubi referuntur verba ex capitulis

Hadriani transumpta, videlicet. *Delatori lingua capuletur, aut convulso caput ampetetur; & sic Papa dat iura de pena sanguinis contra id, quod habetur hic, & in cap. *Hu à quibus*, 23. q. 8. & in cap. 1. & 2. *si dist. cum concordant.* Solutio; ut dicit gloss. in d. cap. *Delatori in verb. Lingua*, ibi docet Papa quid facere debeat iudex secularis. Sed hoc non placet, quia non est officium Ecclesiæ instruere potestatem secularem ut infligat penam mortis, vel mutilationis membri, quin potius debet efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum sententiam moderetur, cap. *Novimus infra de verb. signif.* Unde aliter solvit Joan. Andr. in d. c. 1. n. 1. *in fin. de homicid.* dicens illud cap. *Primo sicut*, & cap. *Delatori*. Fuisse inserta in corpore juris, ut sciantur, non ut serventur. Sed magis placet, quod dicunt Laur. & Archid. in d. c. *Delatori*: videlicet verba *capuletur, & ampetetur*, esse mysticè accipienda, ut plenè scripsi in d. cap. 1. n. 4. & seqq.*

De irregularitate autem, quam contrahunt testes Iudices, Officiales, Assesores, Advocati, & Jurisperiti, Medici, & Chirurgi quomodolibet consilium, vel auxilium, aut causam præbentes ad mortem, vel membri mutilationem, vide hic plenè per DD. & præsertim per Abb. à n. 2. *usq. in fin.* & latius per Marian. Soccin. in cap. *Ad audientiam*, à n. 139. *infra de homicid.*

NE CLERICI, VEL MONACHI.

Cap. Super Specula.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatio lata sententia an inducatur per hæc verba, sicut excommunicatus ab omnibus evitetur, usq. ad n. 8.
- 2 Declaratio novum jus non inducit.
- 3 Lex declarata erat intelligenda juxta declarationem Principis, etiam antequam declaratio emanasset.
- 4 Constitutionem implicat esse declaratoriam, & non habere locum in præteritum.
- 5 Declaratio Papa quamvis edita in aliquo speciali casu facit jus commune quoad omnes.
- 6 Opiniones probabiles excusant à pena excommunicationis male intelligentes Constitutionem dubiam.
- 7 Legem canonicam obscuram male intelligens non peccat mortaliter, nisi post declarationem illius obsecravitatem.
- 8 Religiosi qui in claustris audiunt leges, vel medicinam an sint excommunicati.
- 9 Religiosi potius competit lacrymari, lugere, & orare, quam leges, vel medicinam audire.
- 10 Constitutio penalus debet potius restringi, quam ampliari.
- 11 Religiosus gravius delinquit attendendo illicita extra monasterium, quam intra illud.
- 12 Presbyteri, & alij hic prohibiti audientes leges, vel physicam in propriis domibus an incidant in excommunicationem, & n. 17.
- 13 Constitutio prohibens personis Ecclesiasticis audire leges, vel medicinam an sit odiosa, vel avorabilis, & nunc

- & n. seq. usq. ad num. 18.
- 14 Legi dispositio locum habet data aliqua ratione indentiati, sed non illius pena.
- 15 Novitii audientes leges, vel physicam non incidunt in penam excommunicationis.
- 16 Parochi non Presbyteri qui leges audiunt, vel medicinam, non ligantur hac Constitutione, nisi Ecclesia fuerint plebania sub se capellas habentes, in quibus insistantur clerici perpetui.
- 17 Clerici dignitatem, vel personam habentes, aut Presbyteri excommunicati sunt post duos menses à die, quo inceperint leges, vel medicinam audire.
- 18 Religiosi, & alij Ecclesiastici hic prohibiti, qui leges, vel medicinam legunt, seu docent, an sint excommunicati, & n. seq. usque ad num. 22. & num. 37. usq. ad n. 45.
- 19 Scientiam prohibitam discere, vel docere culpa similis est.
- 20 Simoniacæ quedam dicuntur quia prohibita, quædam prohibita quia simoniacæ.
- 21 Lex debet esse imposta rebus, & non verbis.
- 22 Religiosi qui leges, vel medicinam audiunt intra claustra, non ligantur excommunicatione, seu si extra.
- 23 Clerici seculares prohibiti ligantur ubique audiunt.
- 24 Legales materie quamplures in Decretalibus sunt insertæ, quarum vis notitia haberi potest sine legali sapientia.
- 25 Civili scientia est pars divine, & necessaria est in Ecclesia Dei, sicut in temporalibus, & n. 32.
- 26 Rossredus Beneventanus increpatur quod irreverenter de Papa loquutus fuerit.
- 27 Canonice legales materias difficiles privato studio assequi non potest.
- 28 Studens per seipsum, per seipsum ignorat.
- 29 Civili facultate licet necessaria ad regimen Reipublicæ, tamen exerceri debet per suos ministros, id est Laicos, & Clericos non prohibitos.
- 30 Studium juris civilis ad intelligentiam Canonum Regularium, aut Clericis secularibus personatum habentibus, vel Presbyteris non prohibetur. Leges civiles sacri Canonibus ancillantur, ibidem.
- 31 Theologie appellatio an comprehendatur scientia canonica.
- 32 Religiosi, & alij hic prohibiti non excusantur à pena huius Constitutionis eo quod leges civiles audiunt ad intelligentiam Canonum.
- 33 Studentibus iuri civilis an debeatur fructus Prebendarum in absentia.
- 34 Beneficiarius non curatus tenetur Ordinarius dare licentiam studentis in publica Universitate Theologia, vel iuri canonico si status Ecclesiæ patiat, & minor est triginta anna.
- 35 Status principate iuri civilis an sit permissum in Camera Ecclesiastica, de quibus in hac Constitutione.
- 36 Civili sapientia laudes à Petro de Anchirano exarata.
- 37 Religiosi qui leges, vel physicam docent intra claustra, non ligantur hac Constitutione.
- 38 Et quid si extra claustra, & num. seq. usque ad n. 45.
- 39 Intellectus cap. Non magnoperè, supra cod.
- 40 Lex unde dicitur.
- 41 Studere quid sit.

- 42 Papa solus potest verba dubia generalium Conciliorum per modum legi interpretari.
- 43 Religiosi cur potius prohibeantur leges audire, quam docere.
- 44 Iura non constituuntur ex his, quæ uno aliquo casu accidere possunt.
- 45 Regulares & claustrales exeuntes ad audiendas leges, vel medicinam an sint excommunicati ipso facto, an vero post lapsum duorum mensium.
- 46 Tempus duorum mensium quo lapsa Ecclesiastici audientes leges, vel medicinam sunt excommunicati, quando incipiat currere.
- 47 Regulares audientes leges extra monasterium scertum sit eos infra duos menses ad claustrum redire non posse, an statim ligentur excommunicatione.
- 48 Regulares audientes extra claustra leges, vel medicinam post duos menses à die exitus sunt excommunicati, licet antea eos paniterit.

SUPER SPECULA. Hæc Decretalis secundum Joan. Andr. & omnes hoc intendit in Summa Constitutio Turonensis Concilii ipsius Religiosos audientes leges, vel physicam est lata sententia, & incidentes in illam debent per locorum Ordinarios publicari: & extenditur ad habentes dignitates, vel personatus, & ad Presbyteros: & pars huius habetur in cap. *Super specula, infra de magistr.* & in cap. *Super Specula, de privileg.* Dividitur in quatuor partes. Prima repetit dispositionem Turonensis Concilii. Secunda commemorat opiniones quæ irreperant in illius interpretatione, ibi, *Verum.* Tertia determinat, ibi, *Nos.* Quarta extendit ibi, *Quia verò.*

Nota primò, Canonem Turonensis Concilii ponentem penam excommunicationis Religiosis audientibus facultates hæc prohibitas per illa verba. Sicut excommunicati ab omnibus evitentur, ut in cap. *Non magnoperè, supra eodem*, esse lata sententia; prout in summa huius textus tenent Jo. Andr. Anton. de Burr. Cardin. Petr. de Anchar. Abb. & ceteri omnes: & sic collige per huiusmodi verba. Sicut excommunicatus ab omnibus evitetur, prolata à iure, vel ab homine promulgari excommunicationis sententiam ipso iure, ut hic notat Burr. n. 1. Dicens per hoc decidi quæstionem, quam de huiusmodi verbis ponunt Doctores in cap. *Placuit, de iudic.* sed contrarium ex diametro ex hoc textu colligere Petr. de Anchar. n. 3. in 2. not. ubi notat illa verba, *Sicut excommunicatus ab omnibus habeatur* non importare excommunicationem ipso iure, sed per iudicem ferri debere, ut patet in ver. *Nos volentes*, ut de cetero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant: quasi ante præsentem Constitutionem pena Turonensis Concilii, quod loquitur per prædicta verba, non esset lata sententia, sed ferenda. Similiter Abb. hic num. 1. Licet Ancharani mentionem non faciat, redarguit Butrium quod non bene dixerit: quia cap. *Non magnoperè*, loquebatur per hæc verba; Sicut excommunicati ab omnibus evitentur: & tamen insurgebant opiniones probabiles, an talia verba essent lata sententia. Unde cum articulus esset dubius, Papa voluit eum expresse declarare, & decidere, ut de cetero tales forent ipso iure excommunicati: & sic Papanolus probabiliter præteritos ligati, &

circa intellectum verbi, de cetero remittit ad notata per glossam in cap. *in fine*, in ver. *De cetero, de postul. Prelator. lib. 6.* & in cap. *in fine*, in ver. *Sponsa duor. unde credit per talia verba prolata a jure, vel ab homine non induci indistincte sententiam ipso facto, quia Papa solum fuit in casu nostro illa verba interpretatus; praeterim cum utatur verbo, volentes, ut de cetero: ex conjecturis autem putat hoc posse deprehendi, juxta notata in cap. *1. de iudic. tandem concludit: si materia subiecta est gravis verisimiliter ponderata, erit Canon latae sententiae; aliter secus, arg. Clem. Exivi de Paradiso, §. Item quia, de verbor. signific. si autem haec verba sint prolata ab homine, considerabimus an proferens esset in actu ferendi sententiam excommunicationis nec ne, vel quid simile.**

2 Ego vero existimo Butrium bene dixisse, & immerito per Abbatem de cretalis potuisset esse dubium an huiusmodi verba importarent excommunicationem ipso jure, & opinioniones probabiles tunc temporis praerent legitimam causam excusationis: tamen Papa hic declaravit Constitutionem Concilii Turonensis, quae loquitur per illa verba, esse latae sententiae; & per hanc declarationem notum jus non induxit, sed tantum quod prius latebat manifestavit: haec enim est natura declarationis, l. *heredes palam, §. Quod vero, & §. Sed res si notam, ff. de testam.* ubi de hoc esse casum ad litteram dicit Bellam. *deci, 746. volum. 2. vers. Ideo talis dicitur propria declaratio, & notat Geminian. consil. 72. in fine.* & Philipp. Prob. plura cumulans in additione ad *Monach. in cap. 1. de privileg. in 6.* exemplo ejus qui excurrit granum ex spicis, qui non novam speciem facit, sed eam quae est, deregit, l. *Adeo, §. Cum quis, ff. de acquiren. rerum domin. Raphael Fulgos. consil. 157. in fine, vers. Ad secundum, Vitalin. in Clem. unica, §. Nos itaque, num. 22. de iur. iur. Et propterea DD. & ipsimet Ancharan. & Abbas luminantes hanc Decretalem, non dicunt poenam excommunicationis ipso jure hic fuisse infligendam, sed dicunt Constitutionem Turonensis Concilii esse latae sententiae, quia scilicet Papa hic novam poenam non imponit, sed jam impositam declarat: ex quo sequitur, ut quamvis super intelligentia Concilii Turonensis diversi diversa opinarentur, vere tamen poena, de qua ibi, erat ipso jure imposita etiam ante declarationem hic factam. Siquidem lex declarata erat intelligenda juxta declarationem Principis, etiam antequam declaratio emanasset. Textus est singularis, qui hoc efficaciter probat in Auth. *de rapto mulier. quae raptor. num. in fine, ibi: Tamquam si lex nostra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuisset; quem textum ad hoc propositum dicit meliorem de jure Felin. in cap. *in fine, num. 4. in secunda sententia supra de Constitut. & tradit glossam in cap. Sicut nobis, in verbor. Respondemus, de verborum significat. Ratio est, quia lex declarans essentialiter inest legi declaratae, Oldrad. consil. 263. num. 2. & sequent. vers. Et advertendum est; & ideo retrahitur ad tempus editionis legis declaratae, & ex eo tempore incipit obligare, ut in Auth. *de fil. ante dotat. in stram. nat. §. 1. & in l. Ass. toto, ff. de hered. institut. Felin. in dicto cap. *in fine, num. 4. ubi Dec. num. 44. dicit implicare contradictionem, & re-*****

pugnantiam quamdam, ut sit Constitutio declaratoria, & non habet locum in praeteritis.

3 Nec obstat motum Abbatis, quod Papa solum in casu nostro sic fuerit interpretatus verba Concilii Turonensis: Quia responderetur declarationem Papae quamvis editam in aliquo speciali casu, facere jus commune. Casus est in cap. *Ex multa, de voto; per quem textum ita docet glossam in cap. Ex tua, in verbor. Consultationem, de filii Presbyt. & Felin. in cap. 1. num. 17. de Constitut. unde videmus sententiam Principis, quae venit ad declarandum aliquod dubium juris, quamvis lata fuerit inter partes, & in casu particulari; tamen constituitur jus generale quoad omnes, quia non solum habet vim sententiae, sed etiam generalis statuti, ut est textus in l. *in fine, & ibi notat Bald. num. 1. C. de legibus.* Rursus non obstant illa verba, *Volumus ut de cetero, quae non videntur congruere Constitutioni declaratoriae, quae non tantum respicit futura, sed etiam trahitur ad praeterita, ut proxime dictum est. Et enim pro solutione hujus difficultatis observandum est, verba Concilii Turonensis. Sicut excommunicati ab omnibus evitentur, fuisse dubia propter illud verbum, Sicut, quod videbatur similitudinem importare, quae non essent ipso jure excommunicati, ut ibi per Joann. Andr. in verbor. Sicut. Unde diversae erant opinioniones, quas hic recitant Hostien. & Doctores, & propter huiusmodi opinioniones probabiles Religiosi audientes facultates ibi prohibitas, excusabantur a poena excommunicationis, ut hic notat Cardin. num. 1. in secundo notat. Ad hoc cap. *unic. vers. Nisi quando probabiliter dubitatur, de postul. Praetor. lib. 6.* Papa autem hic declarat verba dubia illius Constitutionis vult ut Religiosi audientes facultates ibi prohibitas non possint praetextu opinionum se amplius excusare ab illius observantia, sed de cetero sint ipso facto excommunicati. Et dixit, de cetero, quia prius non ligabantur; non quod verba Concilii non essent latae sententiae, sed quia ante declarationem Papae id non erat manifestum, & sic adverbium illud, *de cetero* retinet propriam naturam, ut non trahatur ad praeterita, ut optime declarat glossa praallegata in dicto cap. *unic. in verbor. de cetero; quia scilicet male intelligens legem canonicam obscuram, ac difficilem intellectu, non peccat mortaliter, & consequenter non est excommunicatus, cap. Nemo Episcoporum, 1. 1. quest. 3. nisi post declaratum illius obscuritatem, ut inquit Felin. in cap. *Per tua, in secundo, §. 6. vers. Quinta conclusio, de Simon. post Innoc. ibi, ad fin. & Bald. in l. Ab eo, in servia col. c. Quomodo, & quando iudex.* Concludo igitur huiusmodi verba, Sicut excommunicati ab omnibus evitentur, sive prolata a jure, sive ab homine, semper fuisse latae sententiae, licet hoc non fuerit manifestum, nisi post declarationem, de qua hic; & consequenter verum esse quod ait Butr. per hanc Decretalem decidi controversiam, quae super hoc erat inter Doctores, juxta notata in dicto cap. *Placuit, de iudic.****

4 Secundo nota ibi, *De claustris exeuntes*, ita deum Religiosos ligari hac Constitutione si e claustris exeant ad audiendas leges, vel medicinam; secus si non exeant, sed in claustris haec audiant, secundum Innoc. hic in princ. quod tamen verum putat Hostien. quod verba, Sed mens contradicere

dicere videtur, argum. infra eod. §. *Quia vero*, putat tamen hoc egere declaratione, & in dubio constituitur Religiosus reputet se ligatum, argum. cap. *Illud, §. Licet autem, infra, de Cler. excomm. minist. exitus enim videtur fuisse causa impulsiva huius Constitutionis, finalis vero ampliatio studii sacrae Theologiae. Et quia praedictae scientiae Religiosus non congruunt, cum eis etiam illarum exercitium prohibeatur, cap. 2. *supra de postul. & cap. Tua nos, §. 1. infra, de homicid. quae ratio est expressa in dicto cap. Non magno opere, ibi: Ne occasione scientiae spirituales viri mundanis tursus actionibus involvantur. Et propterea haec Decretalis collocata est sub hac rubrica: nam potius eis comperit lacrymari, lugere, & orare, cap. 4. & §. 16. *quest. 1. secundum Hostien. cum quo transeunt Joannes Andreas in principio. Anton. de Butr. n. 6. vers. Quare an habeat, Cardin. num. 4. Item hoc quod hic dicit, Petr. de Ancharan. numer. 2. in primo notat.***

Et pro hac opinione Hostienus secundum Abbat. num. 13. facit textus hic in fine ubi quoad Clericos seculares non ponderat exitus Ecclesiarum: unde in eis dicitur Doctores sparium duorum mensium computari a tempore, quo incipiunt audire facultates hic prohibitas: quare si secularibus infliguntur poenae ubique audiant, vel hudeant; ergo fortius idem dicendum in Religiosis, quibus principaliter huiusmodi scientiae fuerunt interdixit, ut in d. cap. *Non magno opere, supra eod.*

10 Sed his non obstantibus Abbas sequitur primam opinionem Innocentii, quia Constitutio penalis non debet ampliari, sed potius restringi, cap. *Cum in cunctis, de elect. juncto cap. si compromissarius, eodem tit. lib. 6.* sed Canon Concilii Turonensis, de quo in dicto cap. *Non magno opere*; & haec Decretalis illum referens loquitur tantum de Religiosis de claustris exeuntes, ut audiendas leges, & non redeuntibus intra spatium duorum mensium; ergo illius poena extendi non debet ad non exeuntes, sed studentes, vel legentes in monasterio.

11 Simile in Clem. *Ne in agro, §. Quia vero, de statu Regular. praesertim vero quia magis delinquit Religiosus, qui e claustris exit ex causa illicita, & Monasterium deserit, argum. cap. Placuit, 16. quest. 1. quam qui rem illicitam intra claustra attemptat, cum hoc ultimo actu committat unum peccatum, & in praecedenti duo; unde merito poena ibi fuit magis speranda, argum. cap. *Non asseruimus, 24. quest. 1. & l. Respicendum, ff. de pum.**

12 Neque obstat quod dictum est de secularibus Clericis, quia ipsi non habent Monasterium, e quo possint exire, unde verba Constitutionis eis non adaptantur. Praeterea secundum Abbat. non esset peccatum attentare, quod etiam Clerici seculares evaderent has poenas, si in propriis domibus studerent facultates hic prohibitas; moveatur quia cum haec Decretalis in verbor. *Quia vero*, extendat Canonem Concilii Turonensis ad habentes personatus, &c. ut haec sit vera extensio, fieri debet cum omnibus suis qualitatibus; & sic cum ad illas audiendas exeunt ex propriis laribus, & re ipsa illis dant operam; nam Constitutio penalis non est multum laxanda, maxime cum ex se legalis scientia non sit mala, sed necessaria ad re-

Prosp. Fagn. in 2. part. tertii Decretal.

gimen universalis Ecclesiae, saltem in temporalibus.

Ut vides, opinio Hostienus videtur communiter teneri; sed opinio Innocentii verior videtur, & pro ea valde linguntur considerationes Abbatis, & eam sequitur Butr. hic num. 6. in fine, & Collectar. in princip. verum Abbatis motiva videntur confundi per ea, quae idem Hostien. tradit hic num. 3. in verbor. *Amplari*, dum dicit hanc Constitutionem non esse penalem; ut quidam Constitutionem non esse penalem; ut quidam somniant, sed favorabilem, cum non in odium transgredientium, ut hic patet, sed in favorem Theologiae, & fidei, ut sequitur, fuerit promulgata: ergo non est contra ipsam, sed pro ipsa interpretatio facienda, quia summa est ratio, quae pro Religione facit, l. *Sunt persona, ff. de relig. & sumpt. funer.* Quia ratione, ut hic dicitur, prohibito, & poena Turonensis Concilii ampliatur, & extenditur ad omnes personatus habentes, & etiam Praebiteros.

At re ponderi potest primo, in Constitutione Concilii Turonensis, quae de Religiosis loquitur, non exprimit illam rationem ampliamenti studii Theologiae, sed aliam tantum, videlicet ne spirituales viri mundanis actionibus involvantur; unde cum sit odiosa, & penalis debet potius restringi, quam ampliari, cap. *Odia, & cap. In primis, de regul. iur. in 6. cap. Poena, de penit. dist. 1. & quod legitur, & notatur in cap. *Statutum, de elect. lib. 6.* & in prima parte huius textus simpliciter referunt summa illius Constitutionis, nec ulla ratio exprimitur: sed postea ratio ampliamenti studii Theologiae exprimitur in secunda parte, ubi dicta Constitutio extenditur ad Clericos seculares ibi, *Quia vero*: Unde esto haec Constitutio esset favorabilis, de quo statim dicam, tamen hoc videretur intelligendum respectu secularium dumtaxat, non autem respectu Regularium.*

Nec licet arguere, ut putat Hostienus; Constitutio Concilii hic extenditur a Papa, ergo est favorabilis: quin potius hoc probat oppositum; nam si sui natura esset favorabilis, non fuisset opus ut Papa illam extenderet per novam Constitutionem, sed extensio fieri debuisset per viam declarationis ob rationis identitatem: propterea igitur Papa illam extendit, quia sine huiusmodi extensione tamquam odiosa, & penalis fuisset sic et intelligenda.

14 Deinde responderetur, data aliqua identitate rationis, locum habere legis dispositionem, sed non illius poenam, juxta theoriam Joann. Andr. in cap. *Dispensat, de rescript. lib. 6.* quam sequitur Abbat. hic n. 13. vers. *Facit quod notat*: unde quatenus Religiosi ex mente Constitutionis prohibeantur leges, & physicam audire etiam intra claustra, non tamen si contraveniant incidunt in poenam excommunicationis.

Tertio responderetur, Canonem Turonensis Concilii ad summum posse dilari, quatenus patitur verborum latitudo, sed non posse extendi ad casus omnino diversos, & in latiori significatione verborum non comprehensos, l. 4. §. *Toties, ff. de damno infecto.* alioquin liceret illum extendere etiam ad Diaconos, & Subdiaconos: nam & in eis considerari potest ratio ampliamenti studii Theologiae, & ratio prohibitionis immiscendi se negotiis secularibus; quod tamen nemo audeat

15 affirmare, Hinc fit, ut quamvis novitius dicitur

Religiosus; cap. Religioſo, §. ſin. de ſentent. excomm. in 6. quo textu Archid. dicit corrigi ſententiam Innocentii, qui id negaverat in cap. Statutum, de regular. tamen hæc prohibitio non habet locum in novitiis; quia etſi loquatur de Religioſis, tamen addit verbum, profeſſi, quod non convenit novitio: lex autem non imprimi eſſectum ſuum, niſi in illas perſonas, quibus verba legis congruunt, & adaptantur, ut Gem. inquit conſil. 88. Innocentius Papa ſub n. 4. verſ. Cum ergo concurrant: & propterea Joannes Andreas Burr. Cardin. & cæteri omnes ſic ſummant, cap. Non magnopere, ſupra eod. videlicet, Religioſi profeſſi exeuntes, &c.

16 Hinc etiam videmus hanc prohibitionem ſecundum Doctores non extendi ad habentes ſimplices parochiales ſine perſonatu quamdiu non ſunt Presbyteri, licet ſit major ratio in habentibus curam animarum, quam in perſonatus curam non habentibus; idque non alia ratione, niſi quia verba textus illis non conveniunt, ut tenent Goffred. Petr. de Sampſone, & Abb. Antiqui hic; & quamvis Bernard. Innoc. & Hoſtien. contrarium ſentiant, tamen Abb. Antiqui in princ. in gloſſ. Ad omnes prædictas, refert ſuper hoc jam emanſe interpretationem Apoſtolicam; & illam vidit Gregorius IX. & eſt interpretatus hanc Conſtitutionem Super Specula, Sabbato proximo ante feſtum B. Joannis non extendi ad Clericos ſimplices curam animarum habentes, niſi eadem Eccleſiæ fuerint Plebanæ ſub ſe capellas habentes, in quibus inſtituantur Clerici perpetui; hodie hanc determinationem habemus expreſſam in cap. 1. hoc rit. lib. 6. ut mox dicetur.

Demum reſpondetur prohibitionem, de qua in hoc textu, nec reſpectu Religioſorum, nec reſpectu ſecularium extendi poſſe etiam ex identitate rationis: hoc probat efficaciter textus in dicto cap. 1. ubi declarat ſtatutum hoc Honorii III. quod Clericis perſonatum habentibus audire leges, vel phyſicam interdicit, non habere locum in habentibus parochiales Eccleſias ratione dictarum Eccleſiarum; & tamen in illiſerit major ratio prohibitionis, quam in habentibus ſimpliciter perſonatus ſine cura, ut dicit gloſſ. hic in verb. Presbyteros, circa medium, verſ. Major enim ratio eſt: ergo hæc Conſtitutio ex identitate, imò etiam ex majoritate rationis non extenditur. Rationem hujus declarationis reddit gloſſ. ibi in verb. Declaramus, quæ à Doctores communiter recipitur, videlicet quia Decretalis hæc eſt penalıs, & ideo reſtringenda, & ſubdit gloſſ. ibi, reprobatam eſſe opinionem Hoſtienſis, qui dixit illam eſſe favorabilem, & ampliandam.

Ex quibus concluditur Religioſos audientes facultates hic prohibitas intra monaſterii clauſtra non ligari hac Conſtitutione, puto tamen verum non eſſe quod dixit Abbas, non eſſe peccatum attendere, quod nec Clerici ſeculares ligantur illas audiant in camera, & non exeant de propriis habitibus; & arbiter Abbatem hoc dixiſſe potius ad ostentandam ingenuitatem ſubtilitatem, quam quòd ita ſenſerit: nam extenſio à Religioſis ad ſeculares hic non fit ſimpliciter, ſed Papa extendit, & in extenſione præſcribit novam formam, ſtatuens, ut in excommunicationem inciderent, niſi ab his infra præſcriptum ſpatium deſitterint: & ſic in eis non conſiderat, niſi continua-

tionem, & peſteverantiam in audiendo; & conſequenter ſpatium duorum menſium debet computari ab eo tempore, quo incipiunt audire, prout tenent communiter Doctores: & eò magis quia Clerici ſeculares attentantes illicita extra proprios latres non delinquant dupliciter, ſeu gravius ſicut delinquant regulares, qui illicita attentant extra clauſtra, ut idem Abb. fatetur, & dictum eſt ſupra n. 11. unde major eſt ratio prohibitionis in Religioſis exeuntes à monaſterio, quam in ſecularibus exeuntes à propriis domibus: faciunt Decreta Concilii Tridentini de regular. degen. & delinquent. extra clauſtra, in c. 3. ſſ. 6. & de degen. intra clauſtra, & extra ea notoria, & cum ſcandalo delinquentibus, in cap. 14. ſſ. 25. de regulari.

18 QUÆRO, An perſona Eccleſiaſtica hic prohibita poſſint leges, vel medicinam aliis legere.

Hoſtienſis hic num. 3. in ver. Student, tenet non ſolum prohiberi auditum ut hic in primo reſponſo, ſed etiam lectionem, ut eſt expreſſum in cap. Non magnopere, §. 1. ſupra eod. Quinimò & ſtudium, ut hic patet in ver. Student, ſubaudit principaliter; & de utroque eſt expreſſum in cap. Super Specula, §. ſin. in primo reſponſo, in fine, infra de privil. imò tenet Hoſtien. num. 5. verſ. Sed numquid, nec in Camera ſua poſſe perſona Eccleſiaſtica aliquibus ſociis leges privatim legere, quia culpa ſimilis eſt ſcientiam prohibitam diſcere, vel docere, l. Culpa, C. de maleſ. & mathem. 1. 2. C. de heret. Et quamvis quidam dicant prædicta jurata loquendi de ſcientiis, quæ male ſunt in ſe, quia omnino ſunt damnata, & ideo prohibita; ſecus de ſcientiis, quæ in ſe non ſunt male, & ideo ſolummodo audiri non debent, quia prohibita: Sicut alias quædam dicuntur eſſe ſimoniacæ, quia prohibita; quædam prohibita, quia ſimoniacæ, ut notatur in cap. Ex parte, in primo ſupra, de offi. Deleg. tamen quidquid dicant ſemper verum eſt lectionem prohiberi, & ſtudium, ut ex dictis patet.

20 Talis ergo ſententiam non evadent, alioquin lex eſſet impoſita verbis, & non rebus, quod eſſe non debet, l. 2. in fine, C. Commun. de legat. nam quidquid ſonant verba juris, tamen de intentione ſemper curandum eſt, cap. Ex multiplici, ſupra de decim. & cap. Ad aures, de reſcript. cum ſuis concordant. Sic ergo, ut Hoſtienſ. concludit num. 6. Perſona Eccleſiaſtica, de quibus hic, & ab auditu harum ſcientiarum, & lectione non ſolum in ſcholis, ſed in cameris, & principali ſtudio prohibentur: ſequuntur Joann. Andr. n. 5. Burr. n. 10. in c. quaſi, & Cardin. in princ. & n. 6. in 7. quaſi.

Tu adverte, quia in his dictis Hoſtienſis implicancur tres quaſtiones, ſi non omnes una eademque ſolutione ſunt dirimende.

22 Prima quaſtio eſt de audientibus facultatibus hic prohibitas, & in his breviter ſic diſtingue. Aut quaeritur de Religioſis, aut de Clericis ſecularibus. Primo caſu, aut Religioſi audiant hæc facultates extra clauſtra, & abſque dubio ſunt ipſo jure excommunicati, ut eſt caſus apertus hic in primo reſponſo, intellige poſt duos menſes à die exitus computandos, ut dicam infra in ſecunda quaſtione principalium, 45. ſi verò illas audiant intra clauſtra, non ligantur, quia cum hæc Conſtitutio loquatur de exeuntes, & ſit penalıs, non debet extendi ad eos, qui non exeunt, ſecundum Inno-

Innocentius, cuius opinionem veriorum eſſe ſuperius oftendimus in 2. notab. n. 8.

23 Secundo autem caſu maniſeſtum eſt, clericos ſeculares habentes dignitates, vel perſonatus, ac etiam Presbyteros ligari hac conſtitutione ubiſque audiant leges, vel medicinam etiam in propriis domibus: nam eis qui regulares non ſunt, & clauſtra non habent, aptari non poſſunt verba illa textus, de clauſtris exeuntes, ut ſimiliter oftenditur eſt ſupra n. 17.

24 Sed contra litteram hujus textus quo eccleſiaſtici prohibentur audire leges civiles fortiter obijci poſſet. præcipitur enim nobis ſupra in proemio, §. ſin. ut hac compilatione tam in judiciis quam in ſcholis omnes utamur. Cum igitur hoc nobis mandatum ſit, videtur mandatum eò omnino id, ſine quo hoc expediri non poſſet, cap. Præterea, ſupra de offi. deleg. l. ſin. ſſ. de juriſdicit. omn. judic. l. Ad rem mobilem, & l. Ad legatum ſſ. de procur. Sed hac compilatione uti non poſſumus, niſi ipſam ſciamus, ſaltem quoad legales materias, & niſi eorum notitiam habeamus; ſed nec ſufficientem notitiam habere poſſumus, & niſi ipſas leges audiamus: ergo ſequitur, ut omnes hodie poſſimus audire leges; & ſic per proemium corrigitur quod hic dicitur. Complura enim legalia in hac compilatione ſunt inſerta, quarum notitia vix, ac ne vix quidem haberi poſſet ſine legali ſapientia Quæ ut dicitur hic DD. cum coram Canonita ventilabantur ignorabit penitus quæ ſit natura illius actus, & quid in ea veniat ratione moræ, vel culpæ, & ſic ignorabit jura, & erit iudex ſine juſticia contra cap. Foras, infra de verbor. ſignif. Et de his materiis legalibus loquatur in ſpecie cap. ſin. de offi. deleg. cap. ſin. de off. iud. cap. ſin. de pati. ca. ſin. de tranſact. cap. Mandato de procurat. cap. ſin. Quod met. cauſ. cap. penult. & ſin. de reſcript. in integr. cap. penult. & ſin. de ſacro comper. & de libelli oblat. per dor. cap. unico, de plus petit. cap. ſin. de depoſ. cap. pen. & ſin. de locato, cap. ſin. de pignor. cap. ſin. de judic. cap. unico, de inſtant. expoſt. cap. ſin. de uſur. de novi oper. nunciat. per dor. & cap. ſin. de injur. & paſſim alibi in his decretalibus reperies materiam legaleam, quam aut non debuiffet author interferere à deo lex civilis oſioſa eſt, aut hanc prohibitionem debuiffet de medio tollere: turbat enim acumen legentium, & deſicere cogit qui eos à legendis ſecularibus litteris abſtinet prohibendos, cap. Turbar. 37. diſtinct. 25.

Præterea verò, quia civilis ſcientia eſt pars divinæ, ut DD. dicunt: unde leges dicuntur ſacraſſimæ, l. Leges ſacraſſimæ, C. de legib. & alibi dicuntur ſanctiſſimæ, ut in l. ſſ. de var. & exeraord. cognit. & per ora Principum Deus dicitur illas promulgaſſe, ut in cap. ſin. 16. quaſi 3. & l. ſin. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & locum ſuum neceſſario obtinet in Eccleſiâ, ſaltem quoad regimen temporalium, quæ non ſunt contemnenda, c. Videntes, 1. 2. quaſi. 1. & cap. ſi quis obſecrerit, l. 1. q. 3. Unde ut reſert hic Joann. Andr. ſub n. 5. dicebat Roſſedus Beneventanus Papam cum duobus Conſiliaris hic ſeciſſe ſicut vulpes faciunt, quæ damnant cetera cum ipſa non poſſint comedere, adjuerens ad regimen Eccleſiæ ſummè neceſſariam eſſe civilem ſcientiam; & ubi de jure tractatur illam ignorantes ſedere ut teſtes: tum tamen merito redarguit Cardin. num. 3. verſ. Propter hoc dicit Roſſedus, & Abb. num. 17. ad ſinem: quia honeſtus loqui debuiffet de Papa, qui maxime in promul-

gandis juribus procedit cum magna maturitate, & propterea cenſetur habere jura in ſcrinio peccatoris cap. 1. de conſil. in 6.

27 Huic objectioni Hoſtien. num. 3. ad ſinem, verſ. Non obſtat, & poſt eum Jo. Andr. num. 5. verſ. Solutio, & Cardin. num. 3. verſ. Dicit Hoſtienſis, reſpondent non obſtare quod dictum eſt de juribus legalibus, quæ habentur in hac compilatione, quia ſine principali ſtudio, lectione, & auditu legum per libros legales qui haberi poſſunt, & gloſſas ſuas ſufficientes notitia de ipſis haberi poſſet, & qui dubitat, quaeratur neque enim ligatur qui de dubiis interogat, & certiorari deſiderat, dummodo ibi principali- ter non ſtudeat: ad hoc cap. ſin. 37. diſtinct. cap. ſi habes, 2. q. 3. cap. unico, §. ſin. ſupra de off. Præmicer. l. Apud Iulianum ſſ. de ſacramentis, liberat. Sed certè, ut inquit Petr. de Anchar. hic num. 5. materias communes ut eſt materia iudiciorum multum communis Canoniciſtis, & Legiſtis bene poterit aſſequi Canonista per ſtudium cameræ, ſed non materiam teſtamentorum diſſicilem, & illam de verborum obligationibus, & multas alias Canoniciſtis ignotas; & reſert ſe multoties audiviſſe à Doctore ſuo (id eſt Baldo) qui per ſeipſum ſtudet, per ſeipſum ignorat. Vox enim viva multum conſert, ut ait Hieron. ſuper proemia prima Genef. & habet neſcio quid latentis energie, ut idem dicit epiph. 36.

28 Ceterum etſi hæc prohibitio aliquibus videatur dura, tamen ita lex ſcripta eſt, Proſcripti ſſ. Qui & a quibus, & in maniſeſtis non debemus extenuare quæ ſcripta ſunt, ut dicit hic Jo. Andr. in fine. Sed nec obſtat ſecundum Hoſtien. & alios præall. quod civilis ſcientia videatur pars divina legis, & neceſſaria ſit ad regimen Reipublicæ: nam etſi hæc verum ſit, tamen per ſuos miniſtros expediri debet, ſcilicet Laicos, & Clericos non prohibitos.

30 Secunda quaſtio eſt de ſtudentibus, Hoſtienſ. ut dictum eſt ſupra n. 18. diſtinguit ſtudium non principale à principali. Et quidem ſtudium non principale, quod ſcilicet non ſit primario propter ipſam civilem ſcientiam acquirendam, ſed ad finem melius intelligendi Canones, putat non eſſe prohibutum hac Conſtitutione; & in hoc epiph. opinionem recipiunt Joann. Andr. Burr. Cardin. Ancharan Abb. & cæteri omnes: nam ut legitur in cap. 1. de novi oper. nunciat. Sacrorum ſtatuta Canonum Principum Conſtitutionibus adjuvantur, qualiſ ſacris Canonibus inferviant, ut exponit ibi Hoſtien. num. 1. in ver. Adjuvantur, ſeu aſſiſtentur ſecundum Jo. Andr. num. 2. & juris canonici ſanctiones juris civilis ſubtilitate decorari ſcriptiſ Bald. ſupra in proemio Decretal. & in quaſt. de ſi. hiſmate, quam poſuit poſt ſubſ. C. de edit. D. Hadrian. tollen. col. 1. num. 3. In ſuffragium, inquit, & interpretationem Canonum poſſimus uti legibus, & debemus, cap. Si in adiutorium, 10. diſt. Quoniam juſtiſſimæ leges, & ſacri Canones ex uno utroque, vel fonte divino proceſſerunt, unde leges firmantur canonibus, & canonum ambiguitates legibus reſolvuntur, ſicut eſt diſcurſu gloſſarum utriuſque juris luculenter apparet. Hinc dicebat Roman. ſingul. 6. 74. Legiſta ſine canonibus parum valet, Canonista ſine legibus nihil.

31 Et confirmatur, quia etſi Papa in hac prohibitionem utatur ratione illa, quia Theologie ſtudium cupimus ampliari, tamen ſecundum Abb. b. c. n. 7. ab hoc favore non excluditur ſtudium juris canonici, quia ſcientia canonica eſt pars divina, ut dicitur

citur in cap. *Qualiter* & quanto il secundo, de accus. Ideoque pluribus in locis jus divinum appellatur, ut in cap. *Nimis*, de iur. jur. & in cap. 1. Cum ibi notat. de iuramen. calumn. & consequenter studium juris civilis quatenus subservit studio sacrorum Canonum non repugnat, quin multum congruit rationi finali hujus Constitutionis. Licet tibi hoc motum Abbatis sit valde dubium, quia Papa hic considerat studium Theologie in ordine ad resistendum oppugnantibus fidei, ut patet ex littera ibi. (Ut sit fides Catholica circumscripta muro inexpugnabili bellatorum, qui resistere valent ascendentibus ex adverso: & ita accipit Theologiam prout objectum est fidei, non autem prout supponitur ethicæ, & morali Philosophiæ, sicut scientia canonica, ut per Joan. Monach. in *promitt. sextum* num. 1. in decretalibus agatur de summa Trinitate, de Sacramento, & aliis ad fidem pertinentibus; tamen juris Pontifici professoribus hæc non proponuntur ut ea speculative, vel ex professo in scholis legant, aut de illis tanquam de suis axiomatibus disputent, & hæreticos confitent: quia cum ex articulis fidei deducantur, ut talia ad Theologum pertinent, ut latius scripsi in cap. *Cum venissent*, num. 1. 10. & seq. de iudic. Unde favor ampliationis studii sacre Theologie non videtur hoc casu militare in sacrorum Canonum disciplina.

32. Quod quidem tamen sit de hoc, vera & consors Canonitarum sententia est, studium juris civilis non principaliter, sed ad sacrorum Canonum intelligentiam hinc non prohiberi, dummodo fiat in Camera, non autem publice in scholis; alioquin caderet sub prohibitione auditus, in qua prædicta distinctio an fiat obiter, vel principaliter non adhibetur, ut in præcedenti questione.

33. Hinc Congregatio Concilii alias consultata fructus parochialis Ecclesiæ recipientis Triventinæ Diocesis, qui nonnulli inter eos distribuantur, debeantur Sacerdoti ab eadem Ecclesiâ quinque menses abenti studiorum causâ, cum sit annorum triginta quinque circiter. Item an debeantur Diacono ejusdem Ecclesiæ ob eandem causam absentis ætatis annorum circiter viginti trium. Tertio, an ipsi eadem debeantur si iuri civili studuerint, non autem Canonico, aut Theologice. Die 31 Maii 1607. Ad primum respondit non deberi ei, qui excedit annum trigésimum. Ad secundum deberi. Ad tertium itidem deberi ei, qui trigésimum non excedit, dummodo iuri civili operam dederit causâ addiscendi postea jus canonicum.

Que posterior resolutio, ut videt restringitur ad Diaconum, quia ipse non cadit sub prohibitione hujus decretalis; sæc proinde percipit fructus præbende in absentia, dum studet iuri civili ad intelligentiam Canonum, quos non perciperet si iuri civili studeret principaliter, quia privilegium de percipiendis fructibus in absentia non reperitur a jure concessum nisi studentibus Theologice, vel iuri canonico, ut in cap. *fi. de magistr.* & in decreto Concilii Tridentini cap. 1. *in fine*, sess. 5. Et quod de jure civili dicitur gloss. in cap. *Cum ex eo*, in ver. *Litterarum*, & Franc. in eod. ver. de elect. lib. 6. Videtur intelligendum de his qui dant operam iuri civili non principaliter, sed ad majorem intelligentiam Juris canonici.

34. Unde alias S. Congregatio censuit teneri Ordinarium dare licentiam beneficiatis curam anima-

rum non habentibus, licet ad residentiam astringantur, ut ratione studii abesse possint, dummodo id status Ecclesiæ patiarur, & in publico, celeberrime Gymnasio Theologie, vel sacris Canonibus studeant, & minores sint triginta annis. At verò Presbyteris ejusmodi licentia vacandi in publica Universitate studio juris civilis etiam ad intelligentiam Canonum meo tempore sapius fuerunt denegata.

35. Studium verò principale etiam in Camera censet Hostiensis esse prohibendum personis Ecclesiasticis, de quibus hic. Movetur per litteram textus, ibi *studens*. Et quia rationes hujus prohibitionis æque vigent in studentibus principaliter, atque in audientibus: & cum eo consentiunt Joann. Andr. num. 5. Butr. num. 1. 0. & Cardin. num. 6. in 7. *questi.* Verum Petr. de Anchar. hic num. 4. Tenet rationes finales hujus Constitutionis non extendi ad studentium Camera. (Quid enim, inquit, si magnus Jurista promovetur ad Sacerdotium, vel ad dignitatem; an si studebit, ligabitur hac pena? renunciam rem Papatu, si credere mihi sub hac pena studium legalis sapientie prohiberi: est enim res sacratissima, quæ infringitur hominum vitas vel regula pretio numerario non æstimanda, ut l. 1. de ver. & extraham. cognit. nullusque de ejus sapore possit ferre sententiam, qui suavitate ejus dulcedinis non gustavit, & temerarium est damnare, quia neficias.) Hæc ille; cujus sententiam arbitror esse veriorum, quia hæc Constitutio in principio loquitur de audientibus leges, nec debet extendi ad eos, qui privatim student sine auditu in scholis, quia in his non est tanta ratio prohibitionis, sicut in illis: & nihilominus etiam eadem ratio militaret, imò etiam major ratio: tamen cum hæc Constitutio sit penalis, non debet extendi ad casus in ea non comprehensos, ut ostensum est supra à num. 13. usque ad num. 18. Nec obstat verbum *studens*, in quo Hostiens. se fundat, quia intelligitur de studentibus publicè, & sic de his qui student in scholis audiendo, ut indicant illa verba, in quorum diecebibus in hujusmodi student: præsertim verò quia textus ibi loquitur de religiosis, qui non ligantur hac Constitutione, si facultates prohibitas audiunt intra claustra, ut superius probatum est. Ergo multo minus ligantur si ibi non audiunt, sed per se ipsos studeant: & per consequens illud verbum *studens* non potest intelligi nisi de his, qui student extra monasteria, & sic de his, qui student in scholis.

37. Tertia questio est, an hæc Constitutio habeat locum in legentibus, seu docentibus leges, vel medicinam: & Hostiensis tenet similiter indistinctè habere locum per cap. *Non magnopere*, supra eod. eique subscribunt reliqui fere omnes, ut dictum est supra num. 18. Tu verò dic secundum Abb. hic numer. 16. Aut religiosus legit in monasterio proprio, & non incurrit penas hic inflictas, quia quatenus hæc Constitutio loqueretur de legentibus seu docentibus, de quo statim dicam, tamen restringitur ad exeuntes de claustris, ut patet ex dictis supra num. 8. Aut legit extra monasterium, & tunc solutio pendet ab alia inspectione, videlicet an cap. *Non magnopere*, supra eodem habeat locum in legentibus, seu docentibus.

38. Et quidem Hostiens. in ver. *Student*, & cum eo Joann. Andr. Butr. & alii fere omnes sentiunt, Religiosos prohiberi etiam lectionem in d. cap. *Non magnopere*, ut dicitur supra eod. eique subscribunt reliqui fere omnes, ut dictum est supra num. 18. Tu verò dic secundum Abb. hic numer. 16. Aut religiosus legit in monasterio proprio, & non incurrit penas hic inflictas, quia quatenus hæc Constitutio loqueretur de legentibus seu docentibus, de quo statim dicam, tamen restringitur ad exeuntes de claustris, ut patet ex dictis supra num. 8. Aut legit extra monasterium, & tunc solutio pendet ab alia inspectione, videlicet an cap. *Non magnopere*, supra eodem habeat locum in legentibus, seu docentibus.

39. Et quidem Hostiens. in ver. *Student*, & cum eo Joann. Andr. Butr. & alii fere omnes sentiunt, Religiosos prohiberi etiam lectionem in d. cap. *Non magnopere*, ut dicitur supra eodem habeat locum in legentibus, seu docentibus.

32. *Inopere*, ut dictum est supra num. 18. idem tenet Joann. Andr. in reg. *Cum quid*, de regul. jur. lib. 6. licet in questione solutione videatur hoc restringere magis ad Religiosos, quam ad Clericos seculares, quia textus hic de secularibus loquens non repetit de legentibus, de quibus mentionem fecerat dicto cap. *Non magnopere*: sed contrarium tenet hic Abb. num. 16. *per*. Et quamquam videatur hæc subtiliter dicta, ubi probat textum in dicto cap. *Non magnopere*, non esse intelligendum de legentibus, id est docentibus, sed de addiscantibus: unde ponitur ibi verbum *legere*, largo modo, quia omnis qui studet, ut proficiat, legit: pro quo asserit facere etymologiam vocabulorum dicitur lex à legendo, ut ait Isidor. *etymolog.* & propterea Joann. Andr. in cap. *Nemo potest* de regul. jur. lib. 6. in mercularia. hoc aperte deducit ex littera dicto cap. *Non magnopere*; nam ibi Religiosi dicuntur exire ad audiendum leges, & physicam sub prætextu confulendi languentium stram corporibus, & Ecclesiastica negotia fidelibus pertractandi, ut sic possint proficere, & edoceri agant prædicta. Hoc etiam aperiùs probat littera hujus decretalis, quæ referens mentem, & quasi verba illius Constitutionis, ubi illa dixit de legentibus; hæc declarando dixit de audientibus: nec verum est hic prohiberi auditum, & ibi lectionem, ut putavit Host. de quo Abbas miratur, quia hæc littera venit ad declarationem illius, & in hac parte nihil novi juris induxit: nam ponitur hic studium pro ipsius studentibus, scilicet addiscantibus audiendo ab aliis facultates prohibitas; nam studium magis convenit addiscantibus, quam docentibus: Studere enim est valde cupere; hinc litterarum studia dicta sunt à cupiditate lectionum, ut notat Archidiaconus. in cap. *In nova*, l. 69. 7. unde quod initio hic dixerat de audientibus, postea subiecit de studentibus, quasi audientes sint studentes. Ex quibus concludit Abbas tam cap. *Non magnopere*, quam hunc textum tantummodo loqui in audientibus, seu docentibus ab aliis addiscendo, & hos tantum in penas incidere: legentes verò, id est docentes purè non ligari his Constitutionibus: nec etiam illos, qui non student ut addiscant, quia verba ipsi non conveniunt; & eo magis quia in eis non videtur militare ratio, quæ viget in addiscantibus. Nam addiscens videtur moveri malo zelo, scilicet ut involvatur rursus actionibus mundanis in patrocinando, & similibus, ut innuit textus in dicto cap. *Non magnopere*: sed qui alios docet legalem scientiam, quam prius didicit, actionibus mundanis non involvitur, imò communicat aliis scientiam in se bonam, & necessariam ad regimen orbis. Facit quod notat gloss. in Clem. 1. in ver. *Honorem*, de magistr. Ego existimo hanc opinionem Abbatis esse valde consonam veritati, & præter illius considerations moveor, quia Papa in principio hujus textus narrat Concilium Turonense olim statuisse, ut tamquam excommunicati evitarent Religiosi de claustris exeuntes ad audiendas leges, vel physicam. Necessè est igitur, ut Constitutio Concilii Turonensis, quæ habetur in dicto cap. *Non magnopere*, supra eod. loquatur de Religiosis audientibus, non autem docentibus: alioquin Papa falsum hic dixisset, & haud fideliter retulisset illam Constitutionem, aut cerè illius tenorem ignorasset, quod non est dicendum, cum habeat omnia iura in scrinio pectoris, cap. 1. de *Confirmat.* in

32. Unde quamvis verba, ad legendas leges, vel physicam, quæ habentur in dicto cap. *Non magnopere*, inspecto cortice aliud sonare videantur: tamen intelligi debent de audientibus: & sic de legentibus audiendo, seu addiscendo, ex quo illa se intellexit Romanus Pontifex, qui solus auctoritatem habet verba Conciliorum per modum legis interpretandi, cap. *Nec licent*, 27. dist. ibi, Sed quoties aliqua de universali Synodo in aliquibus dubitatio nascitur ad recipiendum de eo quod non intelligunt rationem ad Apostolicam Sedem conveniant, cap. *Dilectus*, de concess. praben. 6. & utrobique glossa, & Doctores notant gloss. in extravag. *Cum inter nonnullos*, in ver. *Declaramus*, de ver. signis. Præpos. in cap. *Sicut* n. 1. 14. dist. Cardin. Jacobat. de concil. cap. 10. & propterea Joann. Andr. Butr. Cardin. Anchar. & reliqui omnes sic summant textum in d. cap. *Non magnopere*, videlicet, Religiosi professi exeuntes ad audiendas leges, vel physicam, nisi infra duos menses ad claustrum redeant, excommunicati sunt: & ita intelligunt illam litteram de audientibus, licet loquatur de legentibus: unde intellectus Abbatis ad illum textum non est singularis, sed communiter approbatus.

33. Deinde moveor, quia ratio ampliationis studii Theologie hic considerata non æque viget in legentibus, atque in audientibus: nam cum Religiosis prohibetur auditus legum, non potest contingere hic casus ut reperitur aliquis idoneus ad illas docendas, nisi ante ingressum Religionis illas didicerit in saculo; oportet ergo ut proveñt aliquis Jurista ingreditur religionem, ibique profiteatur, & tunc jus civile alius legat, seu doceat quæ casus est admodum rarus, arg. cap. *Venerabilis*, §. *penult.* cum gloss. in ver. *Si eminenti*, supra, de praben. nec impedit ampliationem studii Theologie; unde ad illum non censetur conditor canonis respexisse; nam jura non constituntur ex iis, quæ in aliquo casu accidere possunt, l. *ars*, & l. *ex*, ff. de legib.

At si pateret via cuilibet religioso exeundi ad leges audiendas, hic casus posset multum frequenter contingere: unde illum porius Concilium Turonense videtur fuisse contemplatum, arg. l. *Nam ad ea*, & l. *Nam ut ait*, ff. eod. quod si religiosi non prohibentur alios docere hujusmodi facultates, ut probatum est supra, non obstante quod littera d. cap. *Non magnopere*, loquatur de legentibus, multo minus prohibentur Clerici seculares, de quibus hic, cum hæc littera expresse loquatur de audientibus tantum.

34. Secundo principaliter QUARTO, An Religiosi exeuntes de claustris ad audiendas leges, vel physicam sint ipso facto excommunicati, an verò post lapsum duorum mensium.

Innocentius in cap. *Non magnopere* sup. eod. tenet religiosos sic exeuntes incidere ipso facto in excommunicationem: & huic opinioni adhæret hic Host. n. 1. *per*. Sed hæc glossa: moveor quia duorum mensium spatium datur hic secularibus tantum, ut in fine textus: at verò Religiosi sine ulla temporis præstatione sunt ipso facto excommunicati, ut innuit littera ibi, Nbs voleatis, ut de cetero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant: ponderando illa verba, *ipso facto*, id est, non expectatis duobus mensibus præstitis in Canonis Concilii Turonensis, sed illico cum primùm

exerunt, vel, ut inquit Butr. cum incipiunt scalas ascendere: & in hoc secundum Hostien. hæc decretalis continet jus novum: propterea enim dicit, Volentes ut de cætero.

Verum Innocen. hic tenet contrarium ejus, quod senserat in d. cap. *Non magnoperè*, videlicet Religiosos non ligari, nisi post lapsum duorum mensium; & fuit opinio Vincentii, & Goffredi, quam sequitur Jo. Andr. *hic n. 3.* tum quia cum in dicto cap. *Non magnoperè*, datur Religiosis hoc spatium duorum mensium, hac interpretatione vitatur correctio illius textus, cap. *Cum expediat*, de elect. in c. 1. *Præcipimus*, in fine, c. de appellat. tum quia non est jus diversum in Religiosis; imò omnia de eis disposita quoad hunc casum extenduntur ad Clericos seculares.

Et tenendo hanc opinionem, quæ communis, & verior videtur non obstant verba illa, *Volimus ut de cætero*: nam responso patet ex dictis supra num. 6. & hanc partem sequitur hic Abb. Antiq. dicens eam humaniorem, Cardin. num. 2. Anchar. num. 6. & Abb. Sicul. num. 8. Hoc autem spatium duorum mensium in Religiosis computatur à die exitus è Monasterio, in secularibus autem à die, quo inspecterint leges, vel medicinam audire, ut aliis re-

latis, & reprobatis contrariis opinionibus concludit Abb. eod. num. 8.

47 Successive QUÆRO quid si tantum de duobus mensibus effluerit, ut certum sit Religiosos infra præfixum tempus ad claustrum redire non posse, numquid statim ligantur.

Contra ipsos facit, quia si infra certum tempus promissisti mihi opus perficere, & tantum temporis fluxit, ut certum sit opus impleri non posse, protinus agere possum ex stipulatu, l. *Hoc iure ff. de verb. obligat.* sed contrarium determinant hic Goffred. & Vincent. & post eos Abb. Antiq. numer. 3. Host. num. 1. in ver. *Redierint*, Butr. num. 8. in 3. quest. Cardin. num. 6. in fine, moventur tum per textum in cap. *Commissa*, in princip. de elect. lib. 6. qui optimè hoc probat; tum quia expectandus est totius temporis lapsus quasi in diem tota obligatio sit collata, l. *In illa ff. de verb. obligat.* & l. *Ita stipulatus*, & l.

48 *In salam*: lapsis tamen duobus mensibus remanebunt ligati Constitutione, etiam si ante lapsum eos penituerit, quia imputandum est eis quod exierunt, & se arctaverunt, arg. l. 2. §. *Si quis tamen ff. de quis cautione*, Consultat. §. 1. *sup. de off. Deleg. cum suis concord.*

